Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

letificaverunt ea mea Captabat iniquitas
iusti et sagittis iniquitatis commanebat et
fitis est mihi dus in refugium et deus meus
in adiutorium spei mee ꝛc Ps 92
Venite exultemus domino iubilemus deo salutari
nostro preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis
iubilemus ei Quoniam deus magnus dominus et rex
magnus super omnes deos quia in manu eius sunt
omnes fines terre et altitudines montium ipsius
sunt Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud
et siccam manus eius formaverunt Venite adoremus
et procidamus et plangamus ante dominum qui fecit
nos quia ipse est dus deus noster nos autem
populus pascue eius et oves manus eius Hodie si
vocem eius audieritis nolite obdurare corda
vestra sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto ubi
tentaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt opera
mea quadraginta annis proximus fui huic generationi
et dixi semper hi errant corde et isti non
cognoverunt vias meas ut iuravi in ira
mea si introibunt in requiem meam ꝛc
Ps 95 Cantate domino canticum novum
cantate domino omnis terra Annunciate de die
in die salutare eius Annunciate inter gentes
gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius quia
magnus dus et laudabilis nimis terribilis est super omnes deos quoniam